



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>


Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll B10 (recto)



Part 1

5 Apr 1407

Dillewyssh ¶ Curia tenta ibidem die Martis v<sup>to</sup> die mensis Aprilis Anno regni regis Henrici  
B.10. quarti viij<sup>o</sup>

Essonia nullus

finis viij d. solvit

cc-Ad hanc Curiam venit Thomas Aylsham & sursum reddidit in manus domini duas acras terre cum pertinencijs in feodo domini quarum unam acram in Le Apse & altera in Crokstrete Et ad eandem Curiam pro finem viij d. dominus reconcessit predictas duas acras terre cum pertinencijs prefato Thome & Cristine uxori eius Habendum & tenendum sibi & suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem manerij Et eis conceditur inde seisina per virgam Et solvit in plena Curiam finis pro ingressu ut supra Et fecerunt domino fidelitatem consueta

Fidelitatis -----

misericordie viij d.

ij d ij d ij d ij d  
cc-Robertus Dennyng Chivaler Willelmus Gonulde Johannes Lane & Ricardus Coteller sectatores Curie modo faciunt defaltam ideo ipsi in misericordia

misericordia [blank]

a. habet diem in festum Triniteri  
cc-Ricardus Courteour & Adam Lucas plegii Roberti Dennyng militem ponunt se in gratiam domini pro transgressione facta in bosco domini per eundem Robertum asportando boscum domini

*Tene en vilinage*  
preceptum est distringere et  
seisire contra proximam

cc-Ad huc sicut pluralos preceptum est Distringere Wilhelmum Pever Civem & Aurifabrum Londoni  
in omnibus terris & tenementis que Robertus Dennyng Chivaler nuper libre in feodo domini tenuit que prefatus  
Wilhelmus nuper perquisivit Ita quod ipse sit ad proximam pro fidelitatem & aliis domino faciendo Et seisire  
in manus domini omnia terras & tenementi que prefatus Robertus nuper tenuit in Vilinagium Et  
de exitibus eorumdem respondere eo quod ipse de redditu & aliis servicijs nondum satisfecit ut  
patent in Rentale & in rotuli Curie tempore antiquo super nomine Roberti Knolles

dies ad proximam

cc-Omnes tenentes huius dominium per Johannem Sondyforde petierunt diem usque ad proximam Curiam  
decreto tenendetur die Martis in septimana Pentecosti proxime nunc future pro cartis, copijs rotulorum  
& aliis munimentis ad tunc hic habendum pro Rentalem & Custumalem huius manerij renoviendo  
& faciendone & ad recogniendone que terras & tenementi & quomodo & qualiter ac per quo servicia  
Et interim conceditur eis respectu ad precem dicti Johannis

preceptum est respondere  
de exitibus

cc-Omnia terre & tenementi que nuper Robertus Woderove perquisivit de Ricardo Courteour remanent seisiti  
in manus domini Ideo preceptum est quod respondeat domino de exitibus inde quousque &c

remanet ad proximam

cc-Robertus Gonulde & Sibilla uxor eius querentes opponunt se versus Johannem ate Bregge tenentis defendans in  
placito terre. Super quo de prece partium predictum dies datus est eisdem essendi ad proximam Curiam  
videlicet die Martis in septimana Pentecosti proxime futuri cum consilio suo sive essonia Et interim loquela  
inter partes predictos remanet in statu quo nunc

distringere contra proximam { cc-Ad huc **preceptum** est &c Distringere Walterum firmarium **Willelmi Pever** ac **predictum Willelmum Pever** fo-- & juratus est ---es **perplegium J. Carter** & --sa **Walter**  
 ita **quod** ipsi separatim sint ad **proximam** ad respondendo quare **predictus Willelmus** non mundavit  
 fossata apud Amelles & Pirifelde sicut ei **preceptum** fuit ad **communie nocumentum** et **quod predictus Walterus**  
 ponit se in **decennam domini Regis pro** residente

remanet ad proximam { **α.**  
 cc-Ad huc j. equus bay **proveniens** de **extrahura** ad festum **Michaelis** ultimum preterite **remanet** in  
 custodia ballivi quousque **superannatus** fuit &c

Preceptum respondere de exitibus { **α.**  
 cc-Omnia **terre & tenementi** que nuper fuerunt **Willelmi Dene Philipi Haverynge Adami Lucas Johannis**  
**Carter Johannis Pottesblode Willelmi Wedone Johannis Balle Johannis Lillebourne Willelmi**  
**Lane Roberti Tart Johannis Denewey & Willelmi Gonulde** in villinagio **remanent** seisiti  
 in manus **domini Ideo preceptum** est **quod respondeant domino** de **exitibus** inde quousque &c

Afforatores [blank]

¶ Summa istius Curie -----xvj d.

Part 2

17 May 1407

Dillewyssh ¶ Curia tenta **ibidem** die Martis in septimana Pentecosti Anno **regni regis Henrici quarti**  
 post conquestum vij<sup>o</sup>

Essonia nullus

dies ad proximam { cc-Adam Lucas **habet** diem usque ad **proximam Curiam** ad ostendendo copiam irrotulamentis suis qualiter  
 clamat tenere **terras & tenementi** sua in feodo **domini & per** que **servicia** &c

misericordia xx s. { cc-Walterus firmarius sive ballivus Willelmi Pever non potest didicere inpresencia Curie  
quin ipse fecit rescusum Johanne Ballivo domini de certis averijs capta infeodo domini pro  
redditus & servicijs aretro existentia ad grave dampnum & contemptum domini &c Ideo in misericordia

misericordie xij d. { cc-Thomas Sheort Ricardus filius Willelmi Knygth Johannes Bregge Johannes Denewey  
Ricardus Coteler & Thomas Aylsham sectatores Curie faciunt defaltam huius Curie Ideo ipsi in misericordia

+  
Respectu ad proximam { cc-Ea que tangunt Robertum Denny milites & plegios suos ut patet inprecedente de  
amerciamento pro transgressione facta in bosco domini . sunt in respectu usque ad proximam. Et interim loquendo  
est cum domino & consilio suo de materia predicta .

+ +  
Respectu ad proximam { cc-Tangencia Willelmum Pever sive Robertum Denny militem de fidelitate domini faciendo  
& redditu consueta solvendando domini retento aretro ac finis ut inprecedente patet perplurales  
diversas parcelas ut patet in rentale super nomine Roberti Knolles respectu usque ad proximam

Distringantur contra proximam { cc-Distringantur Alicia que fuit uxor Johannis Shrovysbury Thomam Sampsonem Johannem Denewey  
Ricardum Felmonger Johannem atte Bregge Ricardum filium Willelmi Knygth Ricardum Depham  
Johannem Piebaker Robertum Gonuld Thomam Longswete Johannem Elys Robertum Man  
quod ipsi sint ad proximam Curiam ad ostendando copiam irrotulamenti suum terre & tenementi suorum  
que ipse tenent & quomodo & qualiter clamant tenere tenementi ac peronando custumale & rentale

<sup>ij d</sup> Johannes Carter & <sup>ij d</sup> Will~~l~~ Walterus filius firmarius Willelmi Pever misericordia . eiusdem Willelmi non  
 habent predictum Willelmum sicut ei preceptum est ideo in misericordia Et preceptum est &c Distringere predictum  
 Willelmum ad mundando fossata apud Amelles & Pyrifelde sicut ei preceptum fuit sub  
 + cur--  
 pena djmidiam marce. *sub pena iiij s*

miseri<sup>cordie</sup> iiij d.

Distringere sub pena

<sup>cessit</sup>  
 cc-Ad huc j equus bay proveniens de extrahura ad festum Michaelis ultime preterito remanet in custodia  
 firmario quousque superannatus fuit Et fiat proclamacionem &c

----- ad proximam

cc-Johannes Lillebourne & Willelmus Gonulde dant domino de finem pro terris & tenementi suis que seisita  
 fuerunt in manus domini ichabendes ----- ut stda ----- xissa ut patet -----

-----

cc-Ad huc preceptum est ad respondendo domino de exitibus terrarum & tenementarum que nuper fuerunt Willelmi  
 Dene Philipi Haverynge Adami Lucas Johannis Cartere Johannis Pottesblode Willelmi Wedone Johannis  
 Balle Willelmi Lane Roberti Tart & Johannis Denewey que nuper fuerunt seisita -----  
 -----ter -exjstens -----  
 ----- de exitibus -----  
 ----- Et -----del -----

[B10 (recto) tapers off into complete illegibility at this point. B10 (verso) continues below.]

Roll B10 (verso)

[The 'top' of this Roll is damaged, and where repaired (with fine white netting, as for Roll B9) is almost illegible. In addition, writing has seeped through from the other side of the Roll, in places making decipherment difficult.]

Part 2

17 May 1407 (continued)

D----- est ad Robertus Gonuld et -----  
 ----- Ato ----- apud ----- super quo ad proximam parciū predictas  
 ----- proximam cum placit- suis pro consili-  
 ipsorum fr-----d & suo particulis predictis

B 10 v

Part 3

1 Dec 1407

Dillewyssh ¶ Curia cum Visum Francipleggii tenta ibidem die Jovis proxima post festum  
 Sancti Andree Apostoli Anno regni regis Henrici quarti post conquestum ix<sup>no</sup>

Essonia nullus

α.

Distringere contra proximam { cc-Preceptum est distringere Adam Lucas ad ostendendum copiam irrotulamente sue qualiter & per que  
 servicia tenet infra feodum domini

α.

cc-Preceptum est distringere Robertum Dennyngem militem & plegios suos Ita quod ipsi sint ad proximam  
 Curiam ad respondendum domini de placito transgressionis facta abscindendo & asportando spinas in bosco domini  
 nuper crescentes ad dampnum domini djmidie marce .



Willelmus[sic] Denny miles

cesset α.

Distringere cont<sup>ra</sup> proximam — cc-Preceptum est distringere Willelmum Pever sive Robertum Dennyngē in terris & tenementis que nuper fuerunt Roberti Knolles militis Ita quo<sup>d</sup> ipsi sint ad proximam Curiam pro fidelitatem domini faciendum ac ad satisfaciendum dominum de arretris redditu diversorum parcellarum terre ut in[sic] patet in rentalis super nomen Roberti Knolles ac ad ostendendum quomod<sup>o</sup> ingressus est in feodo domini in terris quas ipse tenet ad voluntatem domini & pro fine pro ingressu pro eisdem faciundo &c

β. preceptum est seisire

Distringere cont<sup>ra</sup> proximam — cc-Ad huc preceptum est sicut alios distringere Thomam Sampsonē Johannem Denewey senior Johannem Pyebaker Robertum Gonulde & Robertum Man Bouchier Ita quo<sup>d</sup> ipsi sint ad proximam Curiam ad ostendendum quomod<sup>o</sup> ingressi sunt in feodo domini Et que terras & tenementa clamant tenere in feodo domini & per que servicia

seniorem

Preceptum est seisire — cc-Ad istam [Curiam] venit Ricardus Felmongere per Johannem Deneway & attornatum suum & sursum reddidit in manus domini unum toftum & unum gardinum ac v acras terre cum pertinenciis in Dillewyssh ad opus Johannis Lillebourne Ideo preceptum est seisire melius animalia predicti Ricardi nomine herietus secundum consuetudinem . Et super hoc dominus concessit predictum toftum gardinum & terre cum pertinenciis habendum & tenendum sibi & suis secundum consuetudinem Manerij ad voluntatem domini Reddendo & faciundo inde per annum debita servicia & consueta Et concessa est eidem inde seisina per virgam

Finis ij. s. Et fecit domino fidelitatem et finem pro ingressu habendo .



distringatus est per bedellum

misericordia iij d  
Distringere cont<sup>ra</sup> proximam { cc-Ballivus quia non habet Johannem ate Bregge sicut preceptum fuit ideo ipse in misericordia Et preceptum est quod ipsius distringatur ad essendum ad proximam ad ostendendum copias irr<sup>o</sup>tulatis de terris & tenementis que ipse tenet infeodo domini et qualiter ac per que servicia clamat tenere &c

α.

preceptum est seisire { cc-Preceptum est ballivo quod seisire faciet in Manus domini omnia terras & tenementa que Ricardus Depham et Thomas Longswete tenent infra dominium Ita quod ipsi sint ad proximam ad ostendendum copias inde et qualiter & per que servicia illa tenent de domino &c Et quod respondeant inde de exitibus quousque &c

mod<sup>o</sup> R. Dennyng α.

misericordia xl d  
Preceptum cont<sup>ra</sup> proximam { cc-Preceptum fuit Willelmo Pever ^ ad mundandum fossata apud Amelles & Pirifelde que sunt nocua ad communie nocumentum sub pena djmidie marce Et mod<sup>o</sup> testatum est quod non mundat<sup>ur</sup> ideo ipse in misericordia. Et preceptum est ea mundare cit<sup>ra</sup> proximam sub pena X s.

iij d

iij d

iij d

xij d

iij d

Fines -- iij s  
cc-Philipus Haverynge Adam Lucas Johannes Carter Johannes Pottesblode Johannes Balle Willelmus Lane & Johannes Denewey dant domino de fines pro terris & tenementis suis que seysita fuerunt in Manus domini rehabendo causa in iij Curia precedente expressiatur ut patet &c

preceptum est ad proximam { cc-Ad huc preceptum est respondere de exitibus omnium terrarum & tenementorum que nuper fuerunt Roberti Woderove Et respondere inde de exitibus Salvo iure cuiuscunque .

Parvum cape  
 Summonicio ad proximam  
 Seisire & respondere de exitibus  
 Finis iij d.  
 distringere cont<sup>ra</sup> proximam  
 communis finis iij s.  
 misericordia ij d.  
 distringere cont<sup>ra</sup> proximam

cc- Robertus Gonulde & Sibilla uxor eius querentes opponunt se versus Johannem ate Bregge tenente  
 in placito terre Et predictus Johannes sepius & solempniter vocatus non venit set facit defaultam post  
 apparanciam Ideo preceptum <sup>est</sup> Ballivo quod capiat in manus domini terram petitam Et quod summoneatur per bonos  
 predictum Johannem ad essendum [ad] proximam ad recipiendum quod Curia super hoc duxerit faciendo et  
 ad audiendum inde iudicium suum &c Habet diem ad proximam quia Curia non avisatur

α.  
 cc- Ad huc preceptum est ballivo quod respondeat de exitibus terrarum & tenementorum que Willelmus Dene nuper tenuit  
 ad voluntatem domini in feodo domini apud Dillewyssh quousque &c .

cc- Ricardus filius Willelmi Knygth venit & ostendit Curie copiam de j mesuagio & vj acris terre cum pertinenciis que  
 nuper fuerunt predicti Willelmi nuper patris sui Que clamat tenere per servicium iij s per a<sup>nnum</sup> metendi cum j hominem  
 per iij dies sarculandi per j diem et djmidiam levandi fenum domini simul cum alijs tenentibus & alia servicia &c  
 Et unde queritur quod Johannes ate Bregge tenet inde iij acras terre quare petit quod redditus  
 inde apporcionetur Et conceditur ei per Curiam <sup>fuit</sup> pro iij d soluto firmario Et ideo preceptum est distringere  
 dictum Johannem ad audiendum inde iudicium suum <sup>distrinctus est</sup> & α .

cc- Willelmus Lane & Johannes Pottesblode capitalesplegii ibidem veniunt ut debent et presentant de communi finem antiquo  
 ibidem . iij s . Item presentant defaultam Willelmi Gaweyn eo quod non venit ad ponendum se in decennam Regis ideo  
 ipse in misericordia Et preceptum est quod distringatur contra proximam .

Rompsever xj d { cc-Item presentant Willelmum Gaweyn Johannem Elys Simonem Grenslade Walterum Bekke Johannem Cartere Philipum  
 Haverynge Adam Lucas Johannem Balle Johannem Pottesblode Willelmum Lane & Johannem Bregge habentes  
 averia ad valenciam xxx denariorum Unde accidit domino de quolibet ipsorum | j d secundum consuetudinem

misericordie viij d { cc-Item presentant Johannem Horle habentem fossatum apud Aspolle non mundatum et Adam Lucas similiter  
 Distringere cont<sup>ra</sup> proximam apud Oldmede ad communie nocumentum patrie ideo ipsi in misericordia Et preceptum est illa emendare cit<sup>ra</sup> proximam

A. Avisagium porcorum iij iij d. { cc-Willelmus Lane . cognovit se habere ad festum sancti Martini in yeme viij porcos Simonis Grenslade similiter  
 iij porculos & x porcellas Johannes Pottesblode j . porcum & iij porculos ac iij porcellas Johannes Larke  
 similiter j porcum Johannes Elys similiter j porcum Walterus Becke similiter ij porcos Unde accidit domino de  
 consuetudine pro quolibet porce ij d porcule j d. & porcelle obolus ad plenum Finium &c

misericordie x d { Item presentant Johannem Pottesblode Johannem Elys & Willelmum Gaweyn huxteri & regratores  
 cervisie & fregerunt assisam ideo ipsi in misericordia

misericordie x d { Item presentant quod Thomas Aylesham teguler fodisset turvas in solo domini absque licenciam domini Ideo in misericordia  
 Item presentant Robertum Gonulde & Willelmum Dene levassent unum pontem minimus strictam & quodam fossata  
 Distringere cont<sup>ra</sup> proximam ad communie nocumentum ideo in misericordia Et preceptum est emendare

xij Jurati pro Rege { affirmant omnia superius bene & fideliter presentaverunt Item eligerunt Johannem Pottesblode ad officium Constabularii &  
 Johannem Elys ad officium Borums--[sic,=Borsholder?]. Et jurati sunt Item eligerunt Robertum Ketell & Willelmum  
 Distringere cont<sup>ra</sup> proximam Gonulde ad officium prepositi quos preceptum Et distringantur pro iurandum capiendum

Affuratores amerciametorum Johannes Pottesblode } Jurati Curia cog--- -----  
Johannes denewey }

[End of Roll B10. With the parchment running out, and narrowing, the last few lines have be squeezed in.]